



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 13322648**

§. 26. Horum Præsumum Instructiones a Benedicto XIII. Papa proscriptæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

Sæc. XVIII.

A. C. 1729.

§. XXVI.

*Horum Præfulum Instructiones a Be-  
nedicto XIII. Papa proscriptæ.*

Postquam Romæ horam trium Episcoporum oppositio innotuerat, summus Pontifex eorum scripta a pluribus Cardinalibus, ac Theologis examinari jussit, ac tandem ad eorum relationem, maturamque deliberationem Instructiones Antissiodorensis Episcopi die decima septima Septembbris, Episcopi Metensis die octava Octobris, ac denique Montpessulanii proscriptis edito Hoc decreto: „Cum ad Apostolatus nostri „notitiam pervenisset, in vulgus cir- „cumferri quædam folia Gallico idio- „mate typis impressa sub titulo. Man- „dement de Monseigneur l'Eveque &c. „Nos quamplures ex venerabilibus Fra- „tribus nostris sanctæ Romanæ Eccle- „siæ Cardinalibus, aliosque sacre „Theologiæ Magistros ad illorum exa- „men delegimus, qui post maturam eo- „rumdem foliorum discussionem, quid „sibi ea super re videretur, Nobis retu- „lerunt. Auditis itaque memorato- „rum Cardinalium, & in sacra Theo- „logia Magistrorum sententiis, de Apo- „stolicæ potestatis plenitudine, Ordin- „nationes in præfatis foliis contentas, „nul-

„nullas, inanes, invalidas, irritas, Sæc. XVIII.  
 „attentatas, nulliusque omnino robo- A. C. 1729.  
 „ris, & momenti esse, & perpetuo  
 „fore vi præsentium declaramus.

„Et nihilominus ad majorem cau-  
 „telam, & quatenus opus sit harum-  
 „seriem revocamus, cassamus, irrita-  
 „mus, annullamus, viribusque & ef-  
 „fectu penitus & omnino vacuamus,  
 „ac pro revocatis, cassatis, irritis,  
 „nullis, invalidis, & abolitis, viribus-  
 „que, & effectu penitus omnino va-  
 „cuis semper haberi volumus, & man-  
 „damus; folia vero prædicta tam im-  
 „pressa, quam etiam manuscripta legi,  
 „seu retineri tenore pariter præsentium  
 „prohibemus, illorumque impressionem,  
 „descriptionem, lectionem, retentio-  
 „nem, & usum omnibus, & singulis  
 „Christifidelibus, etiam specifica, &  
 „individua mentione, & expressio-  
 „ne dignis, sub pœna excommuni-  
 „cationis per contrafuentes ipso facto  
 „absque alia declaratione incurrenda,  
 „a qua nemo a quoquam, præterquam  
 „a Nobis, seu Romano Pontifice pro  
 „tempore existente, nisi in mortis ar-  
 „ticulo constitutus, absolutionis bene-  
 „ficium valeat obtinere, omnino quo-  
 „que interdicimus. Volentes, & au-  
 „toritate Apostolica mandantes, ut  
 „quicunque folia hujusmodi penes se  
 „ha-

Sæc. XVIII. „habuerint, illa statim atque præsentes  
 A. C. 1729. „literæ eis innotuerint, locorum Or-  
 „dinariis, vel hæreticæ pravitatis In-  
 „quisitoribus tradere, atque config-  
 „nare teneantur; hi vero ea sibi sic  
 „tradita illico flammis aboleri current:  
 „in contrarium facientibus non obstan-  
 „tibus quibuscumque.

§. 3. Ut autem eædem præsentes  
 „literæ ad omnium notitiam facilius  
 „perveniant, nec quisquam illarum  
 „ignorantiam allegare possit, volumus  
 „etiam, & auctoritate præfata decerni-  
 „mus, ut illæ ad Valvas Basilicæ Prin-  
 „cipis Apostolorum, ac Cancellariæ  
 „Apostolicæ, Curiæque generalis in  
 „Monte Citatorio, & in acie Campi  
 „floræ de Urbe per aliquem ex Curso-  
 „ribus nostris, ut moris est, publi-  
 „centur, illarumque exempla ibidem  
 „affixa reliquantur, & sic publicatæ  
 „omnes & singulos, quos concernunt,  
 „perinde afficiant, ac si unicuique illo-  
 „rum personaliter notificatæ, & inti-  
 „matæ fuissent. „

§. XXVII.  
*Quorundam motus contra hoc Po-  
 tificis Breve.*

**Q**uamprimum hæc Benedicti XIII.  
 censura in Franciam erat delata,  
 mox